

nonesse exeundum in agrum. nec tectorum altitudine descendendum.
sed audiendum illud in monte saluum te fac. ad quem in isaia & michea
iubemur currere. atque conscendere; Precipitur autem iuxta litteram.
ne foras exeant ne deserant muros. sed ut tueantur se firmis munitionib.
5. Filia populi mei accingere cilicio. & conspergere cinere. luctum u
5. nigeniti siue dilecti. facti bi planctum amarum siue miserabilem.
5. quia repente ueni & uastator siue miseria super nos siue superuos;
quia supra dixerat nolite exire ad agros & in uia ne ambuletis.
qm gladius inimici pauor in circuitu. & fugam quoq; prohibuerat.
doc & quid facere debeant. ut conuertantur scilic & ad poenitentiam
& hanc firmissimam & securam hebeant armaturam; Ubi nos
diximus luctum unigeniti facti bi pro unigenito in hebraico scribit
xio. quod magis solitarium quam unigenitum sonat. si enim esset di
lectus siue amabilis ut lxx. transtulerunt. i dia poneretur. quod & sa
lamoni ds nomen inposuit. Nihil autem dolentius quam unum
uel solum perdere filium. illudq; quod nos interpretati sumus
quia repente ueni & uastator. siue miseria super nos. lxx. superuos
posuerunt. Cum multo ds misericordius dixerit ut quidquid sup
suum uenturum est populum. super se quoq; uenire testetur;
Uastatorem autem proprie. uel nabuchodonosor uel diabolum
5. significat; Probatorem dedite in populo meo robustum. & scies xxxii.
5 & probabis uiam eorum. omnes isti principes declinantes siue
5 inobedientes. ambulantes fraudulenter siue peruerse. es.
5 & ferrum. uniuersi corrupti sunt. defecit sufflatorium in igne

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc417/0077